



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 113. Legati in Senatu publico a Papa auditi

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)



Sæcul. XV. tor, quos comitabantur Maffiliensis E-  
 A.C. 1459. piscopus Renati Siciliæ Regis Orator, nec-  
 non Britanniaë Ducis Legatus Maclovien-  
 sis Præsul, præter Genuensium Deputa-  
 tos, aliosque Optimatum quamplurimos.  
 His non pauci Præsulum obviam ibant  
 usque ad Abbatiam, quæ duabus ferme  
 leucis extra Mantuam sita cognomina-  
 batur *Diva Maria de Gratia*. Obviam  
 quoque illis se tulit Mantuanus Marchio  
 unacum liberis suis, eosque in itinere  
 excepit, illumque ingens civium suorum  
 nec non buccinatorum, ac tympanista-  
 rum numerus comitabatur. Marchio sa-  
 lutatione officiosa ultro citroque data,  
 primarii Legati latus stipabat; Frater  
 vero, ejusque liberi ceteros Oratores con-  
 ducebant. Sequebantur Episcopi equis  
 vecti, necnon & Cardinalium familiares.  
 Postmodum venerunt reliqui quoque Le-  
 gati, quibus Pontifex Aulæ suæ Mini-  
 stros obviam misit.

*Collect. Con-  
 cil. Labb.  
 to. 13. p. 1403*

## §. CXIII.

*Legati in Senatu publico a Papa  
 auditi.*

*Narratio  
 Nicol. Petit.  
 Collect. Con-  
 cil. Labb. to.  
 XIII. p. 1762*

Exceptis in urbem Francorum Legatis  
 subinde ingressa est Marchionis Man-  
 tuani Conjux unacum Filiabus suis, quæ  
 Turonensis Archiepiscopi domum pete-  
 bant, eidemque adventum gratulabantur.  
 His



His peractis summus Pontifex diem con-  
stituit, quo publicum ac solemne Lega-  
tis concederetur alloquium. Ast cum  
eo die Papa adversa valetudine preme-  
retur, officiosa hæc salutatio usque ad vi-  
gesimam primam Novembris, quæ erat  
feria quarta, differebatur. Ea die Epif-  
copus Parisiensis ceterorum nomine ver-  
ba fecit, oratione ferme ad duas horas  
protracta, qua in totidem partes divisa,  
in laudes Regum Franciæ, Majorumque  
suorum copiosius excurrebat, ingensque  
eorum pro vera fide studium, atque im-  
motam erga Apostolicam Sedem obe-  
dientiam deprædicabat. Commemora-  
bat quoque exantlatos in tollendo schis-  
mate labores, virtutesque, quibus ipsi  
gloriosum *Christianissimorum* Regum no-  
men emeruerunt: Egit insuper in reli-  
qua orationis suæ parte idem Parisiensis  
Episcopus de regno Neapolitano, & Ge-  
nuensium causa. His propositis finem  
dicendi fecit, & nomine Caroli Regis de-  
bitam summo Pontifici obedientiam ex-  
hibuit, prout ab ejus Prædecessoribus  
Franciæ Regibus deferri consuevit.

Sæcul. XV.  
A.C. 1459.

§. CXIV.

*Responsum Papæ ad orationem Pari-  
siensis Episcopi.*

Absoluta oratione, cum summus Ponti-  
fex

Q q 2

fex